



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Clericis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

CAPVT IX.

Inquirenda de Clericis.

DE Clericis verò inuestiget potissimum.

An ad præscriptum peccata confitentur, & Sanctissimum Eucharistia sacramentum sumant.

An Missam singulis diebus audiant; & an celebranti inserviant, & an tunc aliquid de officio recitent.

An Ecclesijs, quibus ascripti sunt, augiter inserviant.

An functiones peculiares de uotè exercant.

An concionibus, & lectionibus sacris diebus festis interfiant.

An doctrinam Christianam doceant.

An Congregationem Clericorum frequentent.

An rectè legant, pronuncientuè, &

An competenter, & perfectè scribant.

An litterarum studijs incumbant.

An præferant ingenium, memoriam, capacitatem, & spem profectus pro ratione ætatis.

An, qui decimum quintum annum Concilium attingunt, libros præscriptos habeant. Prouincia, I. cod.

An reuerentes, & obedientes sint parentibus, Sacerdotibus, & magistris.

Alia præterea de moribus, &c. ut supra.

Et videat literas testimoniales Vicarij, Foranei, Parochi, Confessarij, Magistri, & Prioris Doctrinæ Christianæ.

Quantum verò ad literarum examen, fiet secundum qualitatem persona. Præcipue verò videndum est, an intelligent linguam latinam, & fidei rudimenta teneant; & an Missæ inservire ad præscriptum sciant.

CAPVT X.

Inquirenda de Clero in generali.

DE Clero autē in genere hæc inquirenda videntur. In primis verò iuxta regulam Apostoli.

Plura ex S. Dionys. Carthag. opus. de regim. ad Timoth. I. cap. 3. An irreprehensibiliter conuersentur,

id est absque graui, & notabili culpa.

An sobrij. Quo circa inquirendum est.

An sint potatores, seu ebrios; an tabernas visitent; an commensationibus vacent: an bibendo, & comedendo sint dissoluti: an demum frugalitatem in Concilijs præscriptam seruent.

An ornati, id est, morigerati, & pru-

dentes. Quocirca solerter est pensandum, an pro ordinis, & officij sui ratione sint sufficientis literaturæ, & an etiam sint benè compositi.

An pudici in verbis, & in factis; vel an lasciuī, & dishonesti.

An hospitales, & cæteris misericordiæ actibus dediti.

An creditum sibi gregem informent de credendis, atque agendis publicè, ac priuatim, & vnumquemque secundum exigentiam sui status.

Ap